



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

11. An peccata omninò secreta, quae in iudicio probari non possunt, & quae in damnum communitatis vel tertij vergunt, si per secretam correctionem emendari possint, judicialiter denuncianda sint?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



cent: in delictis enim soli peccanti noxiis, sufficit probabilis spes seu non desperatio fructus, ut correctio secreta debeat ex præcepto Divino præmitti: at in peccatis damnium tertio inferentibus, certitudo moralis requiritur, id est, quæ omne dubium in contrarium excludat de fructu correctionis & evitacionis omnium damnorum, quæ timentur. Ita *Suar. de Charitate. disp. 8. S. 6. n. 6. pag. 760.* Undè infero in iis peccatis, quæ partim sunt secreta, partim publica, quæque delinquenti solum damnium inferunt, regulariter loquendo servandum esse ordinem à Christo præscriptum.

6 II. Gravissima tamen est difficultas, an in delictis omninò secretis, quæ in iudicio probari non possunt, ut sunt, quæ ab uno tantum, præter committentem sciuntur, judicialiter denuncianda sint, si in damnium tertii vel communitatis vergant? Et quidem si per monitionem secretam delinquenti vel alteri tertio factam sufficienter intelligitur damnium imminens reparari, clarum ferè est, non esse locum denunciationi judiciali, hæc enim solum apponi



poni potest in præfenti, ad impediendum  
 damnum tertii vel communitatis: Si er-  
 go hæc impeditur sufficienter alio medio  
 non ita noxio & infamatorio delinquen-  
 ti, illud certè medium apponi debet &  
 denunciatio judicialis omitti, debet enim  
 proximo remedium adferri damno eius,  
 quo potest, minori.

12. At si præsumitur delinquens non  
 corrigendus per monitionem secretam,  
 illi vel tertio, cui damnum parat, factam,  
 non desunt DD. qui affirmant non posse  
 ad denunciationem judicialem deveni-  
 re, sed debere dicere Prælato ut Patri, vel  
 aliis ut observent, & aliquando possint ef-  
 se testes in judicio, Ita expressè *Navar: lib.*  
*3. de restit: c. 2. n. 358. in 2. Edit: Suar: de Cha-*  
*rit: disp: 8. S. 6. n. 6. in fine.* loquens de de-  
 lictis quæ cedunt in damnum commune,  
 dicit, si occulta penitus sunt, id est, si nul-  
 lus alius præter te sciat, superiorem esse  
 admonendum ut vigilet. Infertur ergo  
 non esse monendum ut judicet, & *num. 10.*  
 loquens de edictis sanctæ Inquisitionis,  
 ait, Si delicta non sint talia, ut viâ inquisi-  
 tionis possint Inquisitores de illis interro-